183

Sigismundus I. Rex Poloniæ Plnus Russiæ: Stanislao Kmitæ de Wisznice:

Pluries jam commemorat Tua sinceritas merita sua erga Nos cum quadam exprobratione, tanquam Nos nesciamus, qualia sint, et quibus Officijs rependere debeamus, quidquid enim Tua sinceritas erga Nos meruit, non putet Nos ea oblitos esse, aut nihili æstimare. Habituri enim sumus Tuæ Sinceritatis rationem, tempore et occasione se offerente, licet etiam in ornanda ipsa initia fecimus, nec culpandus est aliquis ob eam rem, quod cum Tua Sinceritate finem de administrando Capitaneatu Premisliens. non fecimus. Ipsa se culpare debet, quæ conscriptionem expeditionis impedivit. Scribimus itaque iterum Gnoso Dobeslao de Chmielek Mgro Agasonum Premisliens. et Venbli Paulo Komiszecki Archidiacono, ipsis mandando, ut citra moram omnes redditus ad Premisliens. Capitaneatum spectantes revideant et conscribant, et subinde Nobis Inventarium fideliter transmittant. Tum autem Sinceritas ad faciendam revisionem et conscriptionem ipsis omnia aperiat, ne difficultatibus ab ea re exequenda deterreantur, ut subinde quidquid possibile factu fuerit, absque Nostro incommodo gratiose faciemus. Datt 30. Augusti 1510.

Tartarica